

Yndice

1 Letras apostolicas executoriales de la Rota de S. S. sobre la legitimidad de D. Juan Puertocarrero.
2 Alegacion en favor del expresado D. Juan.
3 Letras apostolicas executoriales de la Rota de S. S. sobre id.
4 Otra id. en favor del expresado.
5 Letras apostolicas executoriales de la Rota de S. S. sobre id.
6 Alegacion por el Marques de Aguilar en el pleito con el Duque del Ynfantado.
7 Aclaracion en el pleito entre D. Gutierre de Covarrubias y D. Pedro Lopez Padilla.
8 Alegacion sobre id.
9 Clausula del Mayorazgo que fundo el Cardenal D.n Pedro Gonzalez de Mendoza.
10 Alegacion de dro. en favor de D. Yñigo de Mendoza y de la Cerda en el pleito con la Princesa de Eboli.
11 Apuntamiento del pleito entre el Conde de Fuensaldaña y su villa de Fuentes de Valdepero.
12 Ydem en el pleito entre el Conde de Olivares y Alonso Cantarita de Espinosa.
13 Ydem en el id. sobre execucion de bula del Arcediaconazgo de Plasencia.
14 Ydem, en el id. entre el Arzobispo de Toledo y D. Fran.co de los Cobos y Luna.
15 Ydem en el pleito entre Caballero de Riego y D.a Maria Gentil.
16 Ydem en la causa criminal contra D. Carlos Centurion y consortes.
17 Ydem en el pleito entre los Hijosdalgo de la villa de Alcazar, con el Concejo y hombres buenos de la misma.
18 Ynformacion por parte de Hieronimo Vazquez en el pleito con el Lic.do Dionisio Daza.
19 Apuntamiento del pleito entre la Ciudad de Cordoba y su Catedral.
20 Ydem en el id. entre los Hospitales de Cuenca y Alarcon y los lugares del Marquesado de Moya.
21 Ydem en el id. entre Gonzalo Collado de Alarcon y Joan Collado.
22 Ydem en el id. id.
23 Ydem en el id. entre el Marques de Escalona y el Fiscal de S. M.
24 Ydem en el id. entre los Duques de la Orden Militar de Santiago con el Marques de Aguilar.
25 Ydem en el id. de ... , Manuscrito.
26 Ydem en el id. entre D. Pedro de Luxan y los menores de Fran.co Balbuena, manuscrito,
27 Ydem informacion a S. M. sobre ... (manuscrito)
28 Ydem del Fiscal de S. M. contra los Canonigos que no asistieron a las honras de la Reyna (manus.to)
29. Aclaracion de una duda sobre mejora, (manuscrito)

30 Apunte de el pleito entre Juan Fern. de Espinosa y Maria de Salazar (manuscrito)
31. Idem de el id. entre la villa de S. Sebastian y las parroquias de Seu. (id)
32. Idem de el id. entre Alonso de Monte y los Indios de Secaza. (id)
33. Idem de el id. entre Diego Gomez y Antonio de Victoria (id)
34. Idem de el id. entre Lucas Justiniano y Agustin Spinola. (id)
35. Idem de el id. entre Antonio de Castro y el Licdo. Ochoa de Villanueva (id)
36. Idem de id. id. id. (id)
37. Idem de el id. entre Nicolas Justiniano y el Fiscal de S. M. (id)
38. Idem de el id. entre la Marquesa de Mondejar y su hijo con D. Pedro de Toledo (id)
39. Idem de el id. id. id (id)
40. Idem de el id. entre Martin de Aragon con Nicolas Muñoz (id)
41 Un papel en latin sobre censos (manuscrito)



LETRAS APPOSTOlicas Executoriales de la Rota de ſu Sanctidad ſobre la illegitimidad de don Iuan Puerto carrero, tenedor del condado de Puñon Roſtro.





Erenisſimo & Catholico Principi & domino, domino PHILIPPO ab Auſtria diuina fauente clementia Hiſpaniarum, Neapolis, vtriuſque Sicilæ citra & vltra Pharum Regi, Mediolanenſi Duci, cæterorumq; dominiorum veſtrorũ fœlicis proſperitatis augmentum, veſtriſq; viceregibus, nec non Reuerendiſsimo ac Reuerendis Patribus Dominis Dei & Appoſtolicæ ſedis gratia Archiepiſcopo Toletano ac Segobienſi & Seguntiũ Epiſcopis, eorumq; & cuiuslibet ipſorum in ſpiritualibus & temporalibus vicarijs, ſeu officialibus generalibus, Curiæq; cauſarum, Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, eiuſq; vice auditori, ſeu locum tenenti: vniuerſis quoq; & ſingulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurarijs, Succentoribus, Sacriſtis Cathedralium, quam Collegiatarum Canonicis, Parrochialiumq; Eccleſiarum Rectoribus, ſeu loca tenentibus eorumdem Plebanis, Viceplebanis, Capellanis, curatis & non curatis, ac monaſteriorũ, ordinum quorumcunq; Fratribus Monachis Sancti Ioannis Hieroſolimitani Beatæ Mariæ Theutonicorũ, & Sancti Iacobi de Spata Magiſtris, Commendatoribus, Præceptoribus Bailiuijs, eorumq; locatenentibus, necnon Prædicatorum Minorum Heremitarum, Sancti Auguſtini & Beatæ Mariæ Carmelitarum, ac aliorum Ordinum quorumcunq; domorum & Conuentuum Fratribus Regularibus & conuentualibus, exemptis & non exemptis, cæteriſq; Præsbiteris, Clericis, Notarijs & Tabellionibus publicis, ac fructuum reddituum & prouentuum Cameræ Appoſtolicæ debitorum, Collectoribus & ſubcollectoribus pro tempore exiſtentibus quibuſcunq; per dictorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, prouincias, ciuitates & dioceſes ac alias vbilibet conſtitutis, & eorum cuilibet inſolidum, nec non Illuſtribus Principibus, & magnificis viris, Dominis, Ducibus, Marchionibus, Lantgrauijs, Comitibus, Baronibus, Vicecomitibus, Militibus, Militaribus, Nobilibus, Armigeris, Domicellis, Burgrauijs, Seneſchallis, exercituum & armorum Conductoribus, Capitaneis, Poteſtatibus, Prioribus, Mareſcallis, Caſtellanis, Proconſulibus, Conſulibus, Sa-

binis,iudicibus,iustitiarijs,Scultetis,Aduocatis, & Curiarum quarumcunq3,tam spiritualium quam temporalium, terrarumq3, ciuitatum,oppidorum, Castrorum, suburbiorum, villarum, & vniuersitatum quarumcunq; Maioribus,Rectoribus, & Præfectis, nec nō seruientibus,clientibus,& officialibus,cæterisq; dominis & personis,quibuscunq; iurisdictionem spiritualem, temporalem, & ordinariam per se,vel alium,seu alios,mediate vel immediate,vbicūque pro tempore existentibus, ac constitutis, cuilibet eorum insolidum. Et præsertim Illustri Domino Ioanni Puerto Carrero ex aduerso principali,omnibusq3 alijs & singulis, quorum de præmissis interest,intererit,aut interesse poterit, quomodolibet in futurū, quibuscunq; nominibus censeantur, & quacunq3 præfulgeant dignitate, IOANNES BAPTISTA DE RVBEIS sacri Palatij Appostolici causarum DECANVS, & Auditor, Salutem in Domino,& nostris huiusmodi, imo verius Appostolicis firmiter obedire mandatis NOVERITIS, quod nuper introducta lite & causa in Sacro Rotæ Almæ vrbis Auditorio inter illustrem Domi nū Don Ariam Gundisaluū de Auila, & Dominam Ioannam Ortiz domicellam loci de Torrejon de Velasco Toletañ diocesis ex vna,& quendam Ioannem Baptistam Puerto Carrero, Beatricem de Vaena aliàs de Salzedo,& successiue Ioannem Ariam eiusdem Beatricis,& dicti quondam Ioannis Baptistæ assertum filium de & super validitate matrimonij inter quondam Ioannem Baptistam & dictam Ioannam Ortiz contracti & copula carnali consumati, ac nullitate prætensi matrimonij inter eundem quondam Ioannem Baptistam,et dictam Beatricem de Vaena (vt dicebatur) contracti, ac illegitimitate dicti Ioannis Ariæ asserti filij Beatricis,& dicti Ioannis Baptistæ prædictorum, rebusq; alijs in actis causæ & causarū huiusmodi latissimé deductis, et illorum occasione partibus ex altera. Primo coram Reuerendo patre domino Episcopo Pisaureñ. et deinde Reuerendo patre domino Paulo Tholomeo. Secundo corā Reuerendo patre domino Raynaldo Petrucio. Tertio coram Reuerendo patre domino Fabio Accorambono. Quarto coram Reuerendo patre Domino Petro Vorsio: et quinto coram Reuerendo patre domino Peregrino Fabio eiusdem Palatij Apostolici causarum respectiue Auditoribus,et loca tenētibus,prout in subinsertis commissionibus constare dignoscitur. Quiquidem Paulus Tholomeus primo,Reynaldus Petrucius secundo,& Fabius Accorambonus tertio,Petrus Vorsius quarto,et Peregrinus Fabius quinto,suas inscriptis in huiusmodi causa protulere sententias diffinitiuas sub insertas,

tas, quæ rem fecere iudicatam. Quapropter idem Reuerendus pater dominus Peregrinus Fabius Epiſcopus veſtañ, qui vltimam tulit ſententiam à qua non licuit appellare, citatis domino Roderico de Mendoza, & Alphonſo de Omagña, prædictorum Beatricis de Vaena, & Ioannis Ariæ Puertocarrero ex aduerſo principalium pro curatoribus, ſeu curatoribus, expenſas in huiuſmodi cauſa factas, taxauit & moderatus fuit, ac pro illis & contentis in ſubinſertis ſen tentijs literas exequutoriales in forma ſolita & conſueta decreuit & conceſsit tenoris infra ſcripti. GLORIOSISSIMO & inuictiſsimo ac Catholico Principi & domino domino CAROLO diuina fauente, clementia Romanorum Imperatori ſemper Auguſto, Germaniæ, Hiſpaniarum, Caſtellæ, Legionis, Cordubæ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Maioricarum, Galitiæ, Neapolis, vtriuſq; Siciliæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Noruegiæ Regi, Archiduci Auſtriæ, Duci Burgundiæ, Brabantiæ, Geldriæ, Comiti Frandriæ, Holandiæ, Zelandiæ, Zutphaniæ, Comiti Palatino, Artheſij, Phiſiæ, & Sueuiæ domino, Imperio Regnorum Archiducatus, Ducatuum, Comitatuum, & aliorum dominiorum veſtrorum fœlicis proſperitatis augmentũ, nec non Reuerendiſsimo ac Reuerendis in Chriſto patribus & dominis dominis Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Archiepiſcopo Toletañ, ac Segobieñ, & Seguntiñ, Epiſcopis, eorumq; & cuiuslibet ipſorum in ſpiritualibus & temporalibus, vicarijs ſeu officialibus generalibus, Curiæq; cauſarum Cameræ Appoſtolicæ generali Auditori ſeu Locum tenenti, vniuerſis quoque & ſingulis dominis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurarijs, Suc centoribus, Sacriſtis, tam cathedralium quam collegiatarum Cano nicis, Parrochialiumq; eccleſiarũ Rectoribus, ſeu Locatenentibus eorundem, Plebanis, Viceplebanis, Capellanis, curatis & non curatis, ac monaſteriorum ordinum, quorumcunq; fratribus Monachis Sancti Ioannis Hieroſolimitani Beatæ Mariæ Theutonicorum, & Sancti Iacobi de Spata, Magiſtris, Commendatoribus, Præceptoribus, Bailiuis, eorumq; nec non Prædicatorum, Minorum Heremitarum Sancti Auguſtini, & Beatæ Mariæ Carmelitarum, ac alio rum ordinum, quorumcumq; domorum & couentuum Fratribus Regularibus & conuentualibus, exemptis & non exemptis, cæteriſque Presbiteris, Clericis, Notarijs, & tabellionibus publicis, ac fructuum, reddituum & prouentuum Cameræ Appſtolicæ debitorum collectoribus & ſubcollectoribus pro tempore exiſtentibus, quibuscunq; per dictorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, prouin-

Notanda Pro Comite Posesore
Contra
Aduersarios fundantes se in istis litteris Executorialibus.

Supuesto como es la mesma Verdad y consta dela Pieza .31. sobre los alimentos fo. 21. et fo. 80. q don Arias salio al pleito delos alimentos q el conde pedia a su abuelo e q en .22. de set.e del año de .34. hizo expreso Pedimiento para q se declarase no pertenecer este estado de Puñon Rostro al conde deduciendo incidentemente la illegitimidad pretensa e mala fe de doña beatriz y el matrimonio pretenso de Joana ortiz y q esta demanda se contesto y esta alegado contra ella en el consejo y q en 26. de abril del año de 35. el mesmo don Arias insistiendo en su Pedimiento pidio tanbien q le declarasen por Sucesor ael en este mayorazgo y estado, declarando no pertenecer al conde y q se contesto el pleito sobre todo y que aqui quedo perpetuada la Juridicion del consejo en cuya Remision V. ms. procede c. pen. de fo. compe. cum late traditis in allega. parua fo. 1. pag. 2. in fi.

cias, ciuitates, & dioceses, ac alias vbilibet constitutis, et eorum cuilibet insolidum, nec non illustribus Principibus, & magnificis viris Dominis, Ducibus, Marchionibus, Lantgrauijs, Comitibus, Varonibus, Vicecomitibus, Militibus, Militaribus, Nobilibus, Armigeris, Domicellis, Burgranijs, Seneschallis, exercituum, & armorũ conductoribus, capitaneis, potestatibus, prioribus, mareschallis, castellanis, præconsulibus, consulibus, Sabinis, iudicibus, iustitiarijs, scultetis, aduocatis, et curiarum quarumcumq; tam spiritualium quam temporalium, terrarumq; ciuitatum, oppidorum, castrorum, suburbiorum, villarum, et vniuersitatum quarumcunq; maioribus, rectoribus, & præfectis, nec non seruientibus, clientibus, et officialibus, cæterisq; dominis et personis, quibuscunq; iurisdictionem spiritualem, temporalem, et ordinariam per se, vel alium, seu alios, mediate vel immediate, vbicunq; pro tempore existentibus, ac constitutis, & cuilibet eorum insolidum, & præsertim quibusdam Ioanne Ariæ Puerto carrero minori, & pro eo agentibus, nec non Beatrici de Vaena, aliàs de Salzedo ipsius Ioannis matri ex aduerso principalibus in subinsertis commissionibus nominatis, omnibusq; alijs & singulis, quorum interest, intererit, seu interesse poterit, quomodolibet in futurũ, quibuscunq; nominibus censeantur, & quacunq; prefulgeant dignitate PEREGRINVS FAVIVS Dei & Appostolicę sedis gratia Episcopus vestañ, vnus ex Sacri Palatij Appostolici causarum auditoribus locum tenens, & exequutor vnicus ad infrascripta a sede Apostolica specialiter deputatus, Salutem in Domino, & nostris huiusmodi, imo verius Appostolicis firmiter obedire mandatis. NOVERITIS quod dudum fœlicis recordationis Paulus Papa Tertius quandam commissionis, siue supplicationis papiti cedulam bonæ memoriæ Iacobo Simonette Episcopo Pisaureñ, vni dum vixit ex Sacri Palatij Appostolici causarum auditoribus locum tenenti per certum suum cursorem præsentari fecit huiusmodi sub tenore videlicet. BEATISSIME PATER dudum ora lite & causa in partibus coram loci ordinario, seu iudice forsan à sede Appostolica delegato inter deuotos Sanctitatis vestræ Oratores Ariam Gundisaluũ de Auila ciuitatis Segobieñ, & Ioanná Ortiz Domicellam loci de Torrejon de Velasco Toletañ diocesis ex vna, & quondam Ioannẽ Baptistam Puerto carrero, & Beatricem de Vaena aliàs de Salzedo, & successiuè Ioannẽ Ariam eiusdem Beatricis, & dicti quondam Ioannis Baptistæ assertum filium de et super validitate matrimonij inter dictum quondam Ioannem Baptistam & dictam Ioanná Ortiz oratricem contracti, & copula carnali

Nota la 1.a comision q en Rota vbo y como don Arias llebo la causa a Roma y segun consta deste executorial .7. fo. 19. pag. 2. linea .3. et 4. fue año de 35. y aun fue al fin del año por q por Julio del mesmo año de 35. se dio el auto desta audiencia sobre la fuerça q el obispo hazia en Toledo a mi conde y asi evidentemente consta q el consejo y V. ms. previnieron el conocimiento desta causa e question de sucesion deste estado vn año antes q la Rota comencase la causa del matrimonio. y asi lo hecho en Rota como por Jueses prevenidos en perjuicio de V. ms. q previnieron est nullius momenti, iuxta comunem veram et indubitatam conclusionem l. vbi cœptũ ff. de iud. d. c. pen. de fo. compe. l. 1. ff. de off. Consu. late resolutam in allega. mag. fo. 7. pag. 2. fo. 9. pag. 2. et fol. 29. 30. 31. latisime y por q la causa dela legitimidad y buena fe y del pretenso matrimonio se deduxo ante V. ms. incidenter, et quatenus est quæstio facti de q son V. ms. Jueses competentes ut satis abunde probatum est in allega. parua. fo. 4. et 5.

carnali cousumari, ac nullitate prætensi matrimonij inter eundem quondam Ioannem Baptistam, & dictam Beatricem de Vaena, vt dicebatur contracti, ac illegitimitate dicti Ioannis Ariç asserti filij Beatricis, & Ioannis Baptistç defuncti prçdictorum, rebusq3 alijs in actis causç & causarum huiusmodi latius deductis, & illorum occasione partibus ex altera, quia iudex coram quo causa pendebat prętextu ędicti Carboniani procedere nō curauat, & ex alijs causis fuit habitus recursus pro parte Oratorum ad sedem Appostolicam, & causa & causç, tam appellationum hinc inde interpositarum, quam negocij principalis Reuerendo Patri domino Episcopo Vticeñ in ciuitate Toletañ commoranti, & nonnullis alijs eius collegis per rescriptum in forma breuis commissa, & postquam dictus Petrus Episcopus in causa & causis sibi commissis procedere incepit pro parte eiusdem Beatricis, & Ioannis Ariç eius asserti filij, plures exceptiones ad impediēdum, quod dictus iudex in causa & causis huiusmodi procederet calumniosæ fuerunt oppositæ, & ab eodé iudice ad sedem Appostolicam appellatum extitit, ad eo quod oratores dubitant posse coram dictis iudicibus causam instruere, prçsertim, quia propter multiplices appellationes, & rescriptorum impetrationñ, raro causæ similes in partibus legitime instrui, & decidi possunt. Ea propter Oratores, qui cupiunt finem causæ videre, eorum ius dedi cere, & legitime instruere, recurrunt ad pedes Sanctitatis vestrç humiliter supplicando, quatenus, vt quærele & quærenti satisfaciat, dignetur Sanctitas vestra causam & causas appellationum pro parte Beatricis ac Ioannis Ariç eius asserti filij ad Sanctitatem vestram, ad sedem Appostolicam interpositam, & interpositas, totiusq3 negotij principalis, nec non quam, & quas dicti Oratores in rescripto vltimo loco dicto Episcopo Vticen directo cō mitti obtinuerunt, & etiam pro potiori cautela habent & mouent, habereq3 & mouere volunt, & intendunt contra & aduersus Beatricem de Vaena, & Ioannem Ariam eius assertum filium minorem seu pupillum, omnesq3 alios & singulos sua cōmuniter, vel diuisim interesse putantes de et super validitate dicti matrimonij inter Ioannam et quondam Ioannem Baptistam Puerto carrero contracti et copula carnali consumati, et nullitate et inualiditate prętensi matrimonij inter dictam Beatricem et dictum quondam Ioannem Baptistam, vt prętenditur contracti, ac illegitimitate dicti Ioannis Ariç asserti filij eiusdem Beatricis, & dicti quondam Ioannis Baptistç, rebusq3 alijs in actis causæ et causarum huiusmodi latius deductis, ac dedudcendis, et in articulis primo, seu vlteriori loco dandis,

Nota como el Vicario de Segobia no quiso conocer desta causa pretextu edicti Carboniani y asi causa non fuit capta coram eo, neq fuit preuenta la Juridicion de V. ms.

Nota q aunq aqui dize don Arias q el obpo Uticense en Toledo procedere incepit. Enpero la Verdad q V. m. aueriguara por el memorial q a V. m. esta dado a fo. 97. usq ad fol. 100. es q el conde declino la Juridicion del dicho obpo. y Redarguyo de obrepticio y subrrepticio su breue y dixo otras muchas nulidades. y porq el obispo no se quiso inhibir se traxo a esta audiencia por via de fuerza y en 6. de Julio del año de 35. se pronuncio auto en q se dio por ninguno su Juizio y asi ni el dicho obpo preuino su iuridicion de V. ms. cum per actum nullum non perpetuet neq preueniat iurisdictio comunis in. d. c. penul. de fo. compete. Aflict. decis. 354. col. n.º 16.

 speci-

ſpecificandis, & illorum occaſione alicui ex Reuerendis patribus dominis veſtri Sacri palatij Appoſtolici cauſarum auditotibus, ſeu loca tenentibus, attento ꝙ in partibus iuſtitiam conſequi non ſperāt & aduerſarij ſunt potentes ad litigandū in Romana Curia, cōmittere etiam ſummarię &c. prout in beneficialibus audiendas, cognoſcēdas, decidendas, fineq; debito terminandas, cum omnibus & ſingulis ſuis, incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis cōnexis, cum poteſtate Beatricem de Vaena alias de Salzedo, & Ioannē Ariam eius aſſertum filium minorem, omneſq; alios & ſingulos ſupradictos, atq; in decreto, vel exequutione pręſentium citationis vigore ad partes deſcernende, nominandos in curia & extra ad legitimi comparendum, citandi etiam per ęditum, conſtito ſummarię & extra iudicialiter de non tuto acceſſu, ſibiq; & quibusvis iudicibus eccleſiaſticis & ſecularibus, quacunq; etiam Regia poteſtate fungentibus etiam ſub cenſuris & penis eccleſiaſticis, & etiam pecuniarijs arbitrio ſuo imponendis, & in euentum non paritionis declarandi, aggrauandi, reaggrauandi, interdicendi, & auxilium brachij ſecularis quatenus opus ſit inuocandi, & dicto Ioanni Ariæ, nec nō quatenus ad legitime comparendum citatus non comparuerit curatorum ad huiuſmodi cauſam etiam abſenti & non petenti, deputandi, & oratores aduerſus quācumq; rem iudicatā, prout iuſtum fuerit reſtituendi, cæteraq; alia faciendi et exercendi, quę in præmiſsis & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu etiam quomodolibet opportuna, pręmiſsis ac cōſtitutionibus, & ordinationibus Appoſtolicis, ſtilo palatij iuribus, quodq; cauſa, ſeu cauſæ huiuſmodi non ſint forſan ad Romanā curiā legitimæ deuolutæ, nec in ea de ſui natura, aut iuris neceſsitate tractandæ, & finiende, cæteriſq; incontrariū facientibus, non obſtantibus quibuſcūq; ſtatū & merita cauſę & cauſarum huiuſmodi, ac aliorum omnium, et ſingulorum hic forſan de neceſsitate exprimendorum tenores, et continentias pro plene et ſufficienter expreſsis habentes. In fine vero dictæ commiſsionis duplex erat ſignatura, quarum prima talis erat, videlicet. De mandato Domini noſtri Papæ audiat Epiſcopus Piſaurenſis, citet, inhibeat, & etiam ſub cenſuris et penis procedat ſummariæ etc. Reſtituat curatorem deputet vt petitur, et iuſtitiam faciat. Altera vero talis erat. Placet domino noſtro Papæ Tho. Feltreñ. CVIVS QVIDEM commiſsionis vigore per dictum bonæ memoriæ Iacobum Epiſcopum locum tenentem, aliquali inchoato proceſſu, et eo medio tempore ad Cardinalatus honorem aſſumpto, et in eius locum etiam tunc bonæ memoriæ Ioannę Paulo Tholomeo dicti Palatij Appoſtolici cauſarū

Auditore

Nota la falsa causa [de la] Relacion desta comision q dize nr̃o conde ser potēte ad litigandum in curia, no teniendo como consta por el pleito de los alimentos sino 300 dus. y asi pues se cometio la causa debaxo del ablatiuo absoluto atento quod sunt potentes etc. q impor[ta] condicion. y esta fue falsa q por solo esto la Rota no tubo iuridicion para conocer desta causa et sic nulliter processit iuxta late tradita in allega. magna fo. 24. per Menoch. lib. 1º de arbitra. c. 33. nº 7. et lib. 2. c. 201. a nº 22. et c. 202. a nº 1. et c. 314.

Nota como dieron al Conde en Rota curador ad litem en absencia y no lo pidiendo el. q fue saber el Pleito con Masepasquin. contra formam l. fi. §§. sed et siquis. C. de adminis. tuto. et sic etiam nulliter processerunt secūdum Bantium. de nullita. sente. nº 36. Maxime teniendo el conde propio curador en forma dado. s. a gonçalo de spina en Segobia que jamas fue citado ni se le pudo dar otro curador ad litem contra. c. fin. de iud. lib. 6. ibi. Si non habeas curatorem dare cū late traditis in allega. mag. fo. 25. 26.

No sabe Relacion q se sibrisen probanzas en esta causa.

Auditore, at Auditoratum suffecto. Idem Ioannes Paulus Ptholomeus Auditor, in causa & causis huiusmodi vlterius in statu & terminis quibus reperiebantur, ritè & legitimæ procedendo, seruatis, seruandis, & cognitis per eum illius meritis, suam inscriptis tulit & promulgauit sententiam in hunc qui sequitur modum, videlicet: CHRISTI NOMINE INVOCATO, pro tribunali sedentes, et solum Deum prę oculis habentes: per hanc nostrã diffinitiuam sententiam, quã de dominorũ coauditorum nostrorum consilio & assensu ferimus in his scriptis: pronunciamus, decernimus, et declaramus in causa & causis quæ alias coram venerabili viro Licenciato Michaele de Arcualo Vicario generali Segobieñ: & successiue Reuerendo Patre domino Petro del Campo, Episcopo Vticeñ, & deinde per viam etiam aduocationis coram nobis inter honestã dominã Ioannã Ortiz, domicellã oppidi de Torrejon Toletañ diocesis, & illustrem dominum Ariam Gundisaluum de Auila ciuẽ Segobieñ actores & litis consortes ex vna, & quandam Beatricem de Vaena aliàs de Salzedo, domicellam oppidi de Occaña dictæ Toletanæ diocesis ream conuentam de et super validitate matrimonij inter dictam dominã Ioannã Ortiz, & quondã Ioannẽ Baptistã Puerto carrero, filiũ illustris dñi Comitis de Pugnó Rostro contracti & cõsumati, nec non nullitate ac inualiditate prętensi matrimonij inter dictam Beatricem de Vaena, & dictum quondam Ioannẽ Baptistã Puerto carrero post modũ (vt dicitur) cõtracti, rebusq; alijs in actis causæ & causarum huiusmodi latius deductis, & illorũ occasione in prima versæ fuerunt, & vertuntur instantia partibus ex altera, matrimonium inter dictã dominã Ioannã Ortiz & dictum Ioannẽ Baptistã Puerto carrero contractũ, & inde sequuta quæcunq; fuisse, & esse canonicũ & canonica, & prętensum matrimonium inter dictã Beatricẽ de Vaena, & prędictũ quondã Ioannẽ Baptistã Puerto carrero post modũ cõtractũ, & inde sequuta quęcunq;, fuisse et esse nulla & inualida, molestationesq; vexationes, perturbationes, iactationes, inquietationes, & impedimenta per dictam Beatricem de Vaena super inualiditate primi matrimonij et validitate secũdi, & illorum occasione prædictis dominis Ioannæ Ortiz & Ariæ Gundisalui de Auila, quomodolibet factas, pręstitas, factaq; & pręstita fuisse temerarias, illicitas, iniquas, indebitas, & iniustas, temerariaq; illicita, iniqua, indebita, & iniusta, atq; de facto præsumptas, & præsũpta, illasq; & illa dictæ Beatrici de Vaena fecisse & facere minime licuisse, nec de iure licere. Et propterea eidẽ Beatrici de et super illis, ac prętẽsa nullitate primi matrimonij inter præfatos dominã Ioãnã

1ª Sentª.

No son estas Sentencias contra el Conde ni se pone en la cabeça dellas y asi no parecera con verdad q̃ el litigo ni se hiziese el pleito con el. Vnde non nocet. c. 2. Vbi comunis qui filij sint legiti. probat' late in allega. mag. fo. 8. pag. 2.

Ortiz,& Ioannem Baptistam Puerto carrero, vt prẹmittitur contracti & asserta validitate secundi matrimonij inter dictam Beatricem & eundem Ioannem Baptistam Puerto carrero, vt dicitur contracti: perpetuum silentium imponendum fore & imponimus, dictamq; Beatricem in expensis in huiusmodi causa pro parte dictorum Ioannæ Ortiz & Ariẹ Gundisalui de Auila coram nobis legitime factis condemnandam fore, & condemnamus. Quarum taxationem nobis inposterum reseruamus. Quæ quidem diffinitiua sententia manu dicti bonæ memoriæ Ioannis Pauli Ptolomei Auditoris sic erat subscripta: Ita pronuntiaui. Ego Ioannes Paulus Ptolemeus Rotæ Auditor. A QVA QVIDEM diffinitiua sententia pro parte dictorum domine Beatricis & Ioannis Ariæ principalium appellato, Appostolisq; petitis, & reuerentialibus obtentis: idem fœlicis recordationis Paulus Papa tertius causam appellationis huiusmodi committens quandam commissionis, siue supplicationis papiri cedulam, bonẹ memoriæ Raynaldo Petrucio dicti Palatij Appostolici causarum auditori per certum suum cursorem prẹsentari fecit huiusmodi sub tenore, videlicet. BEATISSIME PATER, fuit processum in prima instantia coram Reuerendo patre domino Ioanne Paulo Ptholomeo palatij Appostolici causarum Auditore inter deuotam Sanctitatis vestræ oratricem Beatricem de Salzedo ream conuentam, vna etiam cum Ioannẹ Aria Baptista filio pupillo oratricis, & quendam Ariam Gundisaluum, nec non Ioannam Ortiz litis consortes aduersarios de & super asserta validitate matrimonij, vt dicitur contracti inter dictam Ioannam ex vna, & quẽdam Ioannem Baptistam Ariam Puerto carrero, & super asserta nullitate matrimonij contracti inter oratricem & dictum Ioannem Baptistam, & super asserta illegitimitate dicti Ioannis Ariẹ, rebusq; alijs in actis causæ & causarum huiusmodi latius specificatis, & illorum occasione partibus ex altera: prẹdictus dominus Auditor nuper remissoriam ad partes pro oratrice, & dicto eius filio, sine retardatione expeditionis, vt dicitur decreuit, & simul etiam prẹtensam diffinitiuã sententiam in fauorẽ dictorũ Ariẹ Gundisalui, & Ioãnæ Ortiz aduersariorũ, vt dicitur promulgauit, a qua prẹtensa diffinitiua senteutia, seu vim diffinitiuẹ habẽte, fuit infra tempus debitũ, & alias legitime pro parte oratricis, & dicti eius filij ad Sanctitatẽ vestram, & sedem Appostolicam appellatũ, & de nullitate dictũ. Dignetur itaq; Sanctitas vestra causam & causas appellationis, & appellationũ prẹdictarum vna cum toto negotio principali, vt præfertur alicui alteri dicti Palatij Appostolici causarum Audi-

Quexanse los Agentes de doña beatriz q̃ se diese la 1.ª sentẽcia sin les dar Remisoria para saber sus probanzas en España y que sentenciaron ex abrupto.

Audditori committere & mandare audiendas, cognoscendas, decidendas, fineq; debito terminandas, vna cum earum incidentibus, emergentibus, dependentibus annexis & connexis, coniunctim vel diuisim, etiam summariæ. &c. cum potestate citandi & inhibendi in Romana curia & extra, & alia faciendi in præmissis necessaria & opportuna, præmissis ac constitutionibus, & ordinationibus Appostolicis, stilo curiæ, cæterisq; in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunq; præmissorum omnium & aliorum hic forsan latius exprimendorum tenores pro sufficienter expressis habétes. In fine vero dictæ commissionis duplex erat signatura: quarum prima talis erat, videlicet. De mandato domini nostri Papæ audiat Magister Raynaldus, citet vt petitur, & iustitiam faciat. Altera vero talis erat. Placet domino nostro Papæ Tho. Feltreñ. CVIVS QVIDEM commissionis vigore prædictus bonæ memoriæ Raynaldus Auditor similiter in causa & causis huiusmodi rite procedens, suam diffinitiuam præ inserte confirmatoriam inscriptis tulit & promulgauit sententia in hunc qui sequitur modum, CHRISTI NOMINE INVOCATO, pro tribunali sedentes, et solum Deum prę oculis habentes: per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam de dominorum coauditorum nostrorum consilio & assensu ferimus in his scriptis: pronunciamus, decernimus, et declaramus in causa & causis quæ alias coram venerabili viro Licenciato Michaele de Areualo Vicario generali Segobiensis: & successiue Reuerendo Patre domino Petro del Campo, Episcopo Vticensi, & deinde per viam etiam aduocationis coram Reuerendo patre domino Ioanne Paulo Ptholomeo coauditore nostro in prima, & nunc coram nobis inter honestam dominam Ioannam Ortiz, domicellam oppidi de Torrejon Toletanæ diocesis, & illustrem dominum Ariam Gundisaluum de Auila ciuem Segobiensem actores & litis consortes ex vna, & quandam Beatricem de Salzedo aliàs de Vaena, domicellam oppidi de Occaña dictæ Toletanæ diocesis ream conuentam de et super validitate matrimonij inter dictam dominam Ioannam Ortiz, & quondam Ioannem Baptistam Puerto carrero, filium illustris Comitis de Pugnó Rostro contracti & consumati, nec non nullitate ac inualiditate prętensi matrimonij inter dictam Beatricem de Vaena, & dictum quondam Ioanné Baptistam Puerto carrero post modũ contracti, rebusq; alijs in actis causæ & causarum huiusmodi latius deductis, & illorũ occasione in secunda versæ fuerunt, & vertuntur instantia partibus ex altera, per prefatum Reuerendũ patrem dominum Ioannem Paulum Ptolomeum coau-

No Sabe mencion q doña Beatriz hiziese probanzas.

2ª. Sentª.

Confirma esta sentª. la pasada sin nonbrar ni saber parte alconde en ella. Unde similiter neq; nocet comiti

Nota como reseruaron el ar.º de la buena o mala fe de donde pende la legitimidad del Conde. c. 2. c. referente. c. peruenit. c. ex tenore qui filij sint legi. et in allega. mag. 7. ar.º a fo. 67. y asi hasta aora la Rota non cœpit cognoscere de legitimitate Comitis cum reseruatũ in sententia iudicet perinde ac si deductum non fuisset in iudicio. l. Bebius in fi. ff. de pact. dota. Magrati. Bar. in. l. ille a quo. § si de testam.º ff. ad Trebe. in allega. mag. fo. 9. in prin.º y la Juridicion del consejo y V. ms. sobre este estado y sucesion del auia ya tres años estaua perpetuada.

Nota como los Agentes de doña Beatriz cedieron la lite en Rota con solas dos Sent.as y fue año de. 37. ut cõstat del memorial de consejo fo. 102. cosa inaudita.

Aqui comienca la causa de la legitimidad y articulo de buena o mala fe.

coauditorem nostrum, qui reseruato articulo bonæ vel male fidei, prouintiauit bené fuisse & esse processum & sententiatum & diffinitum, & pro parte dictę Beatricis de Vaena ab eius processu, & sententia male fuisse & esse prouocatum & appellatum, eiusdemq; Reuerendi patris domini Ioannis Pauli coauditoris nostri processum, & sententiam reseruato nobis dictę bonæ vel malæ fidei articulo confirmandos fore, & confirmamus, dictamq; Beatricem de Vaena in expensis in huiusmodi causa pro parte dictorum dominorum Ioannæ Ortiz & Ariæ Gundisalui coram nobis legitime facti condemnandam fore & condemnamus: quarum taxationem nobis imposterum reseruamus. Quæ quidem diffinitiua sententia manu dicti bonæ memoriæ Raynaldi Petrucij auditoris sic erat subscripta. Ita pronuntiaui ego Raynaldus Petrucius Rotæ Auditor. QVÆ QVIDEM diffinitiua sententia nulla prouocatione suspensa, in rem transiuit iudicatã literis etiam exequutorialibus desuper per eundem bonæ memoriæ Raynaldum auditoré in vim specialis sibi desuper pręsentate commissionis in forma solita & consueta, decretis adq; concessis. Idem fœlicis recordationis Paulus Papa tertius quandam aliam commissionem, siue supplicationis dependentis papiri cedulam etiam bonæ memoriæ Raynaldo auditori per certum ex suis cursoribus presentari fecit, huiusmodi sub tenore, videlicet: BEATISSIME PATER, versa est lis coram diuersis judicibus in partibus Toletanæ diocesis inter deuotam sanctitatis vestræ oratricem Beatricem de Vaena, alias de Salcedo, ac Ioannem Ariam Baptistam Puertocarrero eiusdem oratricem filium. Pro quo oratrix tanquam tutrix dotiua comparuit, seu comparere fecit ex vna, et quandam Ioannam Ortiz, ac etiam quendam Ariam Gundisalui de Auila assertos litis consortes aduersarios, super asserto matrimonio inter dictam Ioannam, & quondam Ioannem Baptistam Puerto carrero, ac super asserta nullitate matrimonij inter oratricem & prædictum Ioannem Baptistam contracti, nec non super asserta illegitimitate dicti Ioannis Ariæ oratricis filij suscepti a dicto Ioanne Baptista, rebusq; alijs. &c. & illorum occasione partibus ex altera. Et cum dicta causa ad instantiam aduersariorum fuerit commissa in vestro auditorio Rotæ, illarumq; nuper fuerit ventilata coram Reuerendo patre domino Ioanne Paulo palatij Appostolici causarum auditore idem dominus Ioannes Paulus prædicta oratrice et dicto eius filio, remissoriam ad partes decreuit, sine tamen retardatione expeditionis causæ: et succesiue suam promulgauit sententiam, per quem licet non debuerit præiudicare directe, vel

Quexanse los agentes de doña Beatriz que se dio tanbien la 2.ª Sent.ª sin le querer dar Remisoria para hazer probanzas en España.

vel indirecte legitimitati dicti Infantis: tamen inneffectu per eam nō modice præiudicauit, et propterea merito fuit appellatum a dicta sententia, etiam pro parte dicti infantis per eius curatorem et appellationis causa huiusmodi commissa Reuerendo patri domino Rainaldo Petrucio dicti Palatij causarum auditori. Verum (Pater Sancte) quia prædictus Ioannes Paulus dicitur reseruasse sibi iudicium super bona fide Oratricis. Propterea cum non conueniat coram diuersis iudicibus litigare, et quia restat etiam expeditio certæ partis dictæ remissoriæ, quę non est confecta coram dicto domino Ioanne Paulo, videlicet super receptione certorum testium existentium in certis locis vicinis vrbis Romæ, super quia non est concordatum per partes, quomodo mandanda sit executioni. Ne itaque (Pater Sancte) contingat in eadem causa partes coram diuersis iudicibus litigare, Supplicat dicta oratrix, et simul etiam curator dicti Infantis, quatenus dicto Domino Rainaldo auditori committere et mandare dignemini, vt causam et causas prædictas etiam super remanē te dicto articulo remissoriæ, et toto negocio principali prædicto etiam attenta dicta bona vel mala fide, ac omnibus & singulis illarū emergentibus, dependentibus, annexis & connexis, coniunctim vel diuisim arbitrio suo etiam iuxta formam et facultatem aliarum sibi factarum cōmissionum audiat, cognoscat, terminet, & decidat sumariæ &c. cum potestate citanti & inhibendi in Romana curia et extra pręmissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis stylo curiæ, cęterisq; in contrarium facientibus, nō obstantibus quibuscunq; pręmissorum omnium et singulorum et aliorum hic forsam latius exprimendorum, tenores pro sufficienter expressis habentes. In fine vero dictæ commissionis duplex erat signatura, quarum prima talis erat, videlicet, de mandato Domini nostri Papæ audiat idem auditor procedat etiam summariæ, vt petitur et iusticiam faciat. Altera vero talis erat. Placet Domino nostro Papæ, Laurentius Cardinalis Campegius. POST CVIVS QVIDEM commisionis siue supplicationis dependentis papyri Cedulæ præsentationem et receptionem, tam per prędictum bonę memorię Rainaldum auditorem, quam alios Palatij Appostolici causarum auditores, seu loca tenētes, propter dicti bone me. Rainaldi auditoris in causa huiusmodi surrogationem, ad quam plures actus iudiciales, citra causæ conclusionem processo, et successiue Reuerendo Patre domino Fauio Acorambono coauditore nostro, in locum præfati bone memorie Rainaldi auditoris ad auditoratum suffecto, causaq; et causis eisdem in statu et terminis, quibus reperiebantur per eundem

Nota.

Que torna a haser cometer la causa dela legitimidad y articulo de buena o mala fe en Rota el curador q̃ dieró al conde absenti et non petenti. y los agentes de doña beatriz el articulo tanbien dela Remisoria para haser probanzas en España q̃ hasta aqui nunca se la quisieron dar. ni ella probo cosa alguna

Nota como se procedio tanbien en esta instancia tomando el pleito en el estado y termino q̃ le hallaron y sin haser probanzas.

eundem.d.Fauium Acorambonnm rite reasumptis. Tandem idẽ dominus Fauius in causa et causis eisdem, nec non inter partes in pre & sub insertis commissionibus & sententijs contentas ritæ procedendo seruatis seruandis, & cognitis eiusdem causæ meritis suam diffinitiuam in scriptis tulit, & promulgauit sententiam, huiusmodi sub tenore. CHRISTI NOMINE inuocato, pro tribunali sedeñ, & solum Deum prę oculis habeñ, per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam de dominorum coauditorum nostrorum consilio pariter & assensu ferimus in his scriptis pronũtiamus, diffinimus & declaramus in causa & causis quæ coram nobis inter Illustrem Dominum Ariam Gundisaluum de Auila actorem ex vna, & Ioannem Ariam minorem eiusq; curatorem & pro eo agentes, nec non Beatricem de Vaena seu de Salzedo ipsius Ioannis matrem pro suo interesse de et super nullitate prætensi matrimonij inter præfatam Beatricem, & quondam Ioannem Baptistam Puerto carrero, filium quondam Illustris Ioannis Ariæ de Auila Comitis de Pugnõ Rostro, dictiq; Ioannis Ariæ patrem (vt prætenditur) contracti, nec non legitimitate eiusdem Ioannis Ariæ, rebusq; alijs in actis causæ & causarum huiusmodi latius deductis, et illorum occasione in prima versæ fuerunt, et vertuntur instantia partibus ex altera prætensum matrimoniũ, inter dictũ quondã Ioannẽ Baptistã Puerto carrero, & dictam Beatricem de Vaena fuisse per eosdem nulliter, & cum mala fide contractũ, illudq; & inde sequuta quæcunque fuisse & esse nulla & inualida, nulliusque roboris vel momenti, præfatumq; Ioannem Ariam ex dicto prætenso matrimonio natum illegitimum, & propterea etiam ad quascumq; & quorumq; bonorum successiones natalium legitimitatem requirentes incapacem, insuccessibilem, & inhabilem, molestationes, vexationes, perturbationes, inquietationes, & impedimenta quæcunq; per dictum Ioannem Ariam, & pro eo agentes præfatos, dicto illustri domino Ariæ Gundisalui de Auila quomodolibet factas, præstitas & illatas, factaq; præstita & illata fuisse & esse temerarias, illicitas, iniquas, indebitas & iniustas, temerariaq; illicita, iniqua, indebita & iniusta, atque de facto præsumptas & præsumpta, illasq; & illa dicto Ioanni Ariæ ac pro eo agentibus prædictis minime facere licuisse, neq; de iure licere. Et ideo de & super illis, dictisq; prætensis matrimonio & legitimitate, tam eidem Ioanni Ariæ, quàm dictæ Beatrici eius matri, perpetuum silentium imponendum fore & imponimus, eundemq; Ioannem Ariam, ac pro eo agentes prædictos in expensis in huiusmodi causa pro parte.d.Illustris Dñi Ariæ Gun-

1a. Sent.a

Nota como la 1a. Sent.a sobre la ilegitimidad se dio con el curador que deputaron al Conde absenti et non petenti en Rota.

Nota q̃ Pronuncian tanbien por incapaz al conde para la Sucesion de qualesquier bienes y por inabil e insucesible y por solo esto las Sen.tas son ningunas cum ecclesiasticus non possit pronunciare super sucessione bonorum - c. nouit de iudi. ibi non intendimus iudicare de feudo - c. causam q. 2. qui filij sint legiti. ibi atendentes quod ad regem pertinet non ad ecclesiam de talibus possessionibus iudicare &. et ibi Regi iudicium possessionis relinquatis. cum late traditis in alega. mag. fo. 30. 31. et iudex excedens terminos et fines sue iurisdictionis nihil agit. asi en lo q̃ excedio como en lo que pudiera alias pronunciar. l. certa ratione. C. qui. prouo. no. e. nece. Ubi cons. add.

Gundisalui de Auila coram nobis legitime factis,condemnãdos fore.& condemnamus,quarum taxationem nobis in posterum reseruamus.Quę quidem sententia diffinitiua manu dicti domini Fabij Acoramboni auditoris sic erat subscripta. Ita pronuntiaui, Ego Fabius Acorambonus Rotæ auditor. A QVA QVIDEM diffinitiua sententia,pro parte præfatorum dominorum Beatricis & Ioannis Ariæ eius filij,ad prælibatum fæl reco. Paulum Papam tertiũ, eiusque sanctam sedem appostolicam appellato. Idem fæ.recor.Paulus Papa Tertius,causam appellationis huiusmodi comittens quandam aliam commissionis,siue supplicationis papyri cedulam,bonæ memoriæ Petro Vorsio Episcopo Aqueñ,vni ex dicti palatij Appostolici causarũ auditoribus locum tenenti,per certum alium suum cursorem pręsentari fecit huiusmodi sub tenore,videlicet. BEATISSIME PATER, cum tam ex iuris dispositione quam ex inueterato stylo dominorum auditorum Rotæ semper obseruatum fuerit, & sit, ꝙ antequam ad alicuius causæ decisionem & determinationem deueniatur,de omnibus iuribus productis, atq; actibus & actitatis per vtramq; partem in totũ debeat confici registrũ, quo perfecto,& in Rota producto atque omnibus iuribus partium hinc inde mature discussis,terminisque & dilationibus elapsis, dubijs & difficultatibus examinatis, omnibusq; maturę consideratis, iusticia vnicuiq; illam habenti ministratur //Et hunc ordinem Reuerendus pater.D.Fabius Accorambonus vestri Sacri palatij Appostolici causarum auditor,in huiusmodi causa Toletana legitimitatis, & bonę vel malę fidei inter quosdam Ariam Gundisaluum, & Ioannam Ortiz aduersarios actores ex vna, & deuotos Sanctitas vestræ oratores Beatricem de Salcedo,atq; illustrem Dominũ Ioannem Ariam Puerto carrero Comitem de Pugnonrostro eius filium pupillum,reos & conuentos ex altera partibus, rebusque alijs in actis causę & causarum huiusmodi latius deductis,& illorum occasione, in prima pendente instantia seruasset.Sed idem Fabius auditor//registro causæ huiusmodi adhuc non perfecto, & quod confectum erat apud procuratorem dictorum oratorum existens, atq; diuersis iuribus pro dictorum oratorum parte productis, & interpręrari mandatis,adhuc non interpretatis, neque discussis, ac dependeñ, etiam examine quorundam testium pro oratorum parte productorum, & terminum ad dandum interrogatoria, & ad dicendum contra alia iura producta & difficultatibus etiam deuolutionis causę & personarum in iuditio legitimitatem concęrneñ, non emanatis, nec super eo partibus auditis) repente & indeli-

(Quexanse los Agentes de doña Beatriz y del Conde q̃ se dio la dicha primera sent.ª sin los querer oyr ni dar lugar para hazer probanças)

indeliberate sententiam in fauorem dictorum aduersariorum, & contra dictos oratores (vt dicitur) prout in cedula quam ad huc (vt creditur) non subscripsit, promulgauit, a qua prętensa sententia, pro dictorum oratorum parte, ad Sanctitatem vestram, sanctamque sedem Appostolicam appellatum, & de nullitate dictum extitit, cui appellationi idem auditor reuerentiales in forma dedit. Cum enim (clementissime Pater) prędictus Fabius auditor, non solum ex eius iuditio, sed totius Rotæ auditorum, tam in minimis quam in maximis processerit (prout sæpius hoc asseruit & dixit) & propterea non immerito dicti oratores perhorrescant (prout iurare parati sunt, & eorum procurator iurat) tam coram eodem Fabio quam coram alijs auditoribus litigare, & nisi Sanctitas vestra de opportuno remedio more pij patris subueniat, sperandum est ꝙ dicti oratores suā bonam iustitiam ibi admittent, & vt omnis suspitio tollatur, cum durum sit coram suspectis iudicibus, & maxime in huiusmodi causa quę tractatur ad finem & effectum succedendi in Comitatu de Puñon Rostro, cuius fructus annui ascendum ad summam decem millium ducatorum, & agitur etiam de statu & honore nobilium & illustrium personarum. Ideo dignetur Sanctitas vestra causam & causas appellationis, & appellationū huiusmodi, nullitatis & nullitatum, iniquitatis & iniustitiæ dictæ prętensę sententię, totiusque prætensi processus desuper quomodolibet habiti & facti, attentatorumq; & innouatorum omnium quorumcunque vna cum toto negocio principali, alicui vel aliquibus Sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus committere, audiendas, cognoscendas, decidendas, fineq; debito terminandas, cum omnibus & singulis illarum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis & connexis, cum potestate citandi & inhibendi, cæteraque in pręmissis necessaria & opportuna faciendi, dicendi, gerendi, & exercendi, præmissis ac constitutionibus & ordinationibus Appostolicis stylo palatij, cæterisq; in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunq; causę & causarum huiusmodi statum atque omnium aliorum & singulorū hic forsan exprimi necessariorum tenores continentias, & formas pro plene & sufficientes expressis habentes. In fine vero dictæ commissionis talis erat prima signatura, videlicet. De mandato domini nostri Papæ audiat Episcopus Aqueñ, citet vt petitur & iustitiam faciat. Altera vero talis erat, videlicet: Placet domino nostro Papę ꝙ committatur in Rota. B. Cardinalis Guidicionus. CVIVS ETIAM cōmissionis vigore, præfatus bonæ memoriæ Petrus Episcopus, locum tenens in causa & causis huiusmodi, ac inter partes prędictas

Tan poco haze mencion q̃ se hiziesen probanzas por parte del conde en esta instancia.

prædictas, similiter rite procedendo seruatis seruandis, et cognitis earundem causarum meritis, suam vltimo preinsertę confirmatoriá in scriptis tulit et promulgauit diffinitiuam sententiam, in hunc qui sequitur modum videlicet. CHRISTI NOMINE inuocato, pro tribunale sedentes et solú Deú præ oculis habentes per hác nostram diffinitiuam sententiam, quam de dominorum coauditorum nostrorum consilio pariter et assensu ferimus in his scriptis, pronunciamus, decernimus, diffinimus & declaramus, in causa et causis quæ alias coram Reuerendo patre Domino Fabio Accorambono Rotæ auditore in prima, nunc vero coram nobis inter Illustrem Dominum Ariam Gundisaluum de Auila, actorem ex vna, et Ioannem Ariam minorem, eiusq3 curatorem, et pro eo agentes, necnon Beatricem de Vaena seu de Salzedo, ipsius Ioannis matrem, pro suo interesse, de & super nullitate prætensi matrimonij inter præfatam Beatricem, et quondam Ioannem Baptistam Puertocarrero filium quõdam illustris Ioannis Arię de Auila Comitis de Pugnonrostro, dictiq3 Ioannis Ariæ patrem (vt prætenditur) contracti, nec non illegitimitate eiusdem Ioánis Arię. Rebusq3 alijs in actis causæ et causarum huiusmodi latius deductis, et illorum occasione in secunda verse fuerunt et vertuntur instátia, partibus ex altera per prędictum Reuerendum patrem Dominum Fabium bene fuisse & esse processum sententiatú et diffinitum, et ab eius processu et sententiæ pro parte supradictorum Ioannis Arię et Beatricis de Vaena, male fuisse et esse prouocatum et appellatú, dictiq3 Domini Fabij processum et sententiam confirmádam fore, et confirmamus. Eundéq3 Ioannem Ariam et pro eo agentes prædictos in expensis in huiusmodi causa pro parte. d. illustris Domini Ariæ Gundisalui de Auila, coram nobis legitime factis condemnandos fore et condemnamus, quarum taxationem nobis in posterum reseruamus. Quæquidem diffinitiua sententia sic erat subscripta. Ita pronunciaui ego Petrus Vorsius Episcopus Aqueñ. locum tenens Rotæ. A QVA DIFFINITIVA sententia similiter pro parte præfatorum Beatricis et Ioannis Arię appellato prædictus fęl. re. Paulus Papa tertius causam appellationis huiusmodi committens, quandam aliam commissionem, siue supplicationis papiri cedulam, nobis Peregrino Fabio tunc dicti palacij causarum auditori per certum suum cursorem præsentari fecit huiusmodi sub tenore. BEATISSIME PATER, licet Reuerendus dominus Petrus Vorsius Episcopus Aqueñ. tamquam vnus ex Rotę auditoribus, locum tenens in causa et causis coram eo inter deuotos sanctitatis vestrę oratores Ioannem

2ª sentª.
Confirmatoria de las 2ª sentªs.

nem Ariam de Auila Puerto carrero pupillum & Beatricem eius matrem ex vna, necnon Ariam Gundisaluum etiam de Auila aduersarium ex alia, de & super legitimitate dicti pupilli & oratoris, ac de & super bona vel mala fide Beatricis prædictæ, tempore matrimonij inter ipsam ex vna, & quondam Ioannem Baptistam Ariam Puerto Carrero ex alia contracti, rebusque alijs in actis causæ & causarum huiusmodi latius deductis. &c. In secunda instantia pendentibus, sententiam alias per Reuerendum patrem Dominum Fabium Accorambonum contra oratores vestros & in fauorem dicti Ariæ Gundisalui in prima instantia latam, tamquam nullitatis, iniquitatis, & iniustitiæ vitio subiacentem, reuocare & infirmare debuisset, licet quod idem Reuerendus Dominus Episcopus Aqueñ. in omnem euentum dictum pupillum & oratorem vestrum, aduersus probationes & defensiones hactenus commissas in integrum restituere, proptereaq; sibi remissoriam ad partes, etiam in vim specialis commissionis sibi præsentatæ decernere debuisset. Nihilominus idem Reuerendus Pater Dominus Vorsius ad importunam instantiam dicti Ariæ Gundisalui aduersarij, nullitates nullitatibus addendo, nedum dictam sententiam in prima instantia latam infirmare cessauit. Quinimo restitutionem ac remissoriam prædictam concedere, ac decernere, denegauit, (& quod peius est) dictam sententiam (vtcunq; nullam) confirmando, in aduersarij fauorem & contra oratores vestros (vt dicitur) pronuntiauit, licet nulliter & de facto ac perperam & inique. Et ideo pro oratorum parte a dicta sententia dictisq; grauaminibus & toto eius processu ad Sanctitatem vestrã appellatum & de nullitate dictum extitit. Et quia (Pater Sancte) causę huiusmodi iam in tertia instantia reducuntut de facili taliter ex abrupto in fauorem aduersarij procedendo, aliquod grauamen irreparauile oratoribus vestris prouenire posset Iccirco ad ipsorum indemnitate & iustitiæ consulendum supplicant, Sanctitati vestræ oratores præfati, quatenus alicui alteri ex Rotę auditoribus committere & mandare dignemini vt causam & causas appellationum & nullitatum huiusmodi, cum suis incidentibus, dependentibus, emergentibus annexis & connexis summariæ. &c. audiat, cognoscat, partibusq; iustitiam ministrando terminet & decidat, cum potestate dictum aduersarium & alios sua interesse putantis, citandi, ac quibus & quoties opus fuerit, sub pœnis & censuris ecclesiasticis inhibendi, dictosq; oratores seu pupillũ, aduersus ipsius defensiones, et

Quexanse todavia q en las dichas dos primeras instancias no quisieron dar Remisoria al Conde para haser probanças en España.

& probationes (vt prędfertur) omissas, principaliter vel incidenter (pro vt iuris fuerit) in integrum restituendi, sibiq3 propterea oportunam remissoriam ad partes, ad probationes sibi necessarias facien das sub suo solito & paruo sigillo, arbitrio suo decernen. aliaq3 faciedi in pręmissis necessaria et oportuna præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus Appostolicis, regula cancellarię, qua caueri dicitur huiusmodi remissorias non posse expediri aliasq3 sub plumbo stylo palacij cæterisq3 contrarijs, non obstantibus quibuscumque, statum & merita causæ & causarum huiusmodi aliorumque hic magis exprimendorum tenores & compendia, pro plene & sufficienter expræssis habentes. In fine vero dictæ commissionis duplex erat signatura quarum prima talis erat, videlicet. De mandato Domini nostri Papę. Audiat Magister Peregrinus, citet inhibeat, etiam sub censuris & pœnis, procedat summariæ, &c. Restituat, decernat (vt petitur) & iustitiam faciat. Altera vero talis erat. Placet Domino nostro Papę. B. Cardinalis Guidiccionus. HVIVSMODI, commissionis vigore, nos in causa & causis prædictis necnon inter partes supradictas similiter rite procedendo, & interim (sicut domino placuit) fæ. re. Paulo Papa tertio, ab hac luce sublato sanctissimoq3 in CHRISTO patre & domino nostro, domino Iulio diuina prouidentia Papa tertio ad summi appostolatus apicem assumpto. Nos dein de in causa & causis huiusmodi, ac inter partes easdem vlterius rite procedendo, seruatis seruandis, & cognitis ad plenum huiusmodi causę meritis, de Dominorum coauditorum nostrorum consilio & assensu, quibus de huiusmodi causę meritis relationem plenariam fecimus & fidelem, nostram diffiuitiuam pręinsertarum diffinitiuarum confirmatoriam in scriptis tulimus & promulgauimus sententiam, in hunc modum, videlicet, CHRISTI NOMINE inuocato, pro tribunali sedentes, et solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam de Dominorum coauditorum nostrorum consilio pariter et assensu ferimus in his scriptis, pronunciamus, sententiamus, decernimus, diffinimus & declaramus, in causa et causis quæ alias coram Reuerendo patre Domino Fabio Accorambono coauditore nostro in prima, & successiue coram Reuerendo Patre Domino bonæ memoriæ Petro Vorsio Episcopo Aquen. dum viueret, etiam coauditore nostro, in secunda, & nunc coram nobis in tertia versę fuerunt & vertuntur instantia, inter Illustrem dominum Don Ariam Gundisaluum de Auila, actorem ex vna, & Ioannem

Manda el Papa in specie que se les de la Remisoria para saber probanzas en España

No sabe Relacion q se diese la dicha Remisoria ni en esta 3ª instancia.

3ª Sentª

Confirmatoria de las pasadas pero todas tres sententias conforme a dr° son ningunas pues consta por vista de ojos q se dieron siendo el conde menor cum aserto curatore dato ad litem absenti et non petenti. E sin aver hecho probanzas hasta ora, ni le aver querido dar Remisoria para q las hiziese en España y como consta deste executorial 1-fo. 16. Ubi adnotavimus [illegible] don Arias clandestinam. llebo a Roma los ts. falsos e sospechosos q en el tormento descubrieron el conjuro q. a V.m esta dado con los autos que sobre ello pasaron en el memorial a fo. 123 124. et sic sentª fuerunt ipso iure nullæ. l. Si præses. C. quomodo et q. iudex. ibi neq enim debet adultis nocere quidquid eo tempore statutum quo defensione iusta et curatorio auxilio fuerant destituti. l. pen. C. [illegible]

nem Ariam Puerto Carrero eiuſq; curatorem ſeu curatores, et pro eo agentes, necnon Beatricem de Vaena, ſeu de Salzedo, ipſius Ioannis matrem, pro ſuo intereſſe, ad cauſam huiuſmodi venientem, de & ſuper nullitate & inualiditate prætenſi matrimonij inter præfatam Beatricem, et quondam Ioánem Baptiſtam Puerto carrrero, filium quondam illuſtris. d. Ioannis Arię de Auila Comitis de Pugnonroſtro, dictiq; Ioánis Ariæ patrem (vt prætenditur) contracti, necnon illegitimitate eiuſdem Ioánis Arię, rebuſq; alijs in actis cauſæ & cauſarum huiuſmodi latius deductis, & illorum occaſione partibus ex altera, per præfatum Reuerendum patrem Dominum Petrum Vorſium Epiſcopum Aqueñ. dum viueret coauditorem noſtrum, bene fuiſſe & eſſe proceſſum ſententiatum et diffinitum, necnon pro parte dicti Ioannis Ariæ, et dictæ Beatricis, ab eius ordinatione, ſententia et proceſſu male fuiſſe et eſſe prouocatum et appellatum. Dictiq; Reuerendi patris Domini Petri Vorſij Epiſcopi Aqueñ. dum viueret coauditoris noſtri, ordinationem ſententiam et proceſſum confirmandam fore et confirmari debere, necnon eundem Ioannem Ariam, ac pro eo agentes prædictos, in expenſis pro parte illuſtris Domini don Ariæ Gundiſalui de Auila, coram nobis legitime factis comdemnandos fore, et condemnamus quarum expenſarum taxationem, nobis in poſterum reſeruamus. In fine vero dictæ ſententiæ nos manu propria his verbis ſubſcripſimus, videlicet ita pronuntiaui. Ego Peregrinus Fabius Epiſcopus Veſtañ. locum tenens. QVÆ QVIDEM dicta diffinitiua ſententia (quia tertia et conformis a qua appellare non licet) in rem tranſiuit iudicatam. Qua propter prælibatus, ſanctiſsimus dominus noſter, Dominus Iulius diuina prouidentia Papa tertius, quandam aliam commiſsionis, ſiue ſupplicationis papiri cedulam, nobis per certum ſuum curſorem præſentari fecit, quam nos cum ea qua decuit reuerentia recepimus huiuſmodi ſub tenore, vz. BEATISSIME PATER, lite et cauſa inter deuotum ſanctitatis veſtræ oratorem Ariam Gundiſalui de Auila, actorem ex vna, et quendam Ioannem Ariam Puertocarrero minorem, & pro eo agentes, necnon Beatricem de Vaena, alias de Salzedo ipſius Ioannis matrem pro ſuo intereſſe, ad cauſam huiuſmodi venientem, de et ſuper nullitate prætenſi matrimonij, inter prædictam Beatricem et quondam Ioannem Paptiſtam Puerto Carrero filium quondam Ioannis Arias de Auila Comitis de Pugnonroſtro, dictique Ioannis Arias patrem vt prætenditur contracti, dictiq; Ioannis Arias Puerto Carrero illegitimitate et mala fide Beatricis, rebuſq;

alijs

alijs in actis causæ & causarum huiusmodi latius deductis & illorum occasione partibus ex altera pendeñ. præfactus Arias Gundisalui orator,tres pro se,et contra dictum Ioannem Ariam et Beatricem ac pro agẽtes,successiue,diffinitiuas,super nullitate dicti prætensi matrimonij ac illegitimitate prędicti Ioãnis Arias,cũ silẽtij im positione,ac cũ expensarũ condẽnatione reportauit sentẽcias. Quarũ vltima per reuerẽdum patrẽ.D.Peregrinũ Fauiũ Episcopum Vestañ.sacri palatij Appostolici causarũ auditorẽ seu locũ tenentẽ extitit promulgata.Sed quia(Pater sancte)parũ esset sentẽtias ferre,nisi esset qui illas debite exequutioni mandaret,supplicat igitur humiliter Sanctitati vestrę Arias Gundisalui de Auila orator præfatus, quatenus eidẽ Reuerẽdo patri.D.Peregrino Fauio Episcopo vestañ. aut in eis locũ subrrogando forsan auditori cõmittere et mãdare dignemini,vt prædictas sentẽcias cõtra Ioãnẽ Ariã Beatricẽ de Vaena, ac pro eis agẽtes prædictos,per omnes ecclesiasticas sentẽtias cẽsuras et pœnas,et alia iuris remedia debitæ exequutione mãdet et mandari faciat,cũ potestate quoscũq; processus desuper opportunos,suo sub sigillo,decernendi et expediendi,illosq; aggrauandi et reaggrauandi,auxilium brachij secularis inuocañ. si opus fuerit. Cum potestate dictas literas exequutoriales per dictum Reuerendũ patrẽ.D.auditorẽ,seu locũ tenẽtem decernẽdas,cõstito sibi sũmarie & extraiudicialiter,& quantũ sibi sufficere videbitur,de non tuto accessu,etiã per edictũ publicũ,intimandi & exequendi,seu intimari & exequi faciendi & in euentũ non paricionis,sententias censuras & pœnas prædictas incidisse & incurrisse declarandi,aliaq; dicendi,gerẽdi,& exercẽdi, quæ in præmissis et circa ea necessaria fuerint,seu quomodolibet opportuna,cõstitutionibus et ordinationibus appostolicis,ac cãcellarię appostolicæ regulis, & illa qua caueri dicitur q; literæ exequutoriales & mandare appostolica aliter quã sub plõbo expedita nullius sin roboris vel momenti stylo palacij,cęterisq; in contrariũ facieñ.non obstantibus quibuscunq;.In fine vero dictæ cõmissionis duæ erant signaturæ,quarũ prima talis erat,videlicet. De mãdato.D.nostri Papæ idẽ locũ tenens,decernat,intimet,procedat & exequatur, vt petitur declaret aggrauet etiã cũ inuocatione,si & pro vt de iure, & iustitiã faciat,pręmissis nõ obstãtibus.Altera vere sic.Placet.D.nostro Papæ H.Cardinalis Verallus. POST CVIVS QVIDEM,vltimo pręinsertę cõmissionis siuæ supplicatiõis cedulæ pręsentationẽ & receptionẽ nobis et per nos (vt præmittitur)fatas,nos ad prouidi viri magistri Bartholomei Crespo in Romana curia causarũ,& illustris d. Arię Gũdisalui principalis,in præinsertis cõmissionibus et sentẽtijs

principaliter nominati procuratores instantiá magnificú.D.Rodericú de Mendoça,& Alphósum de Omagna,in eadé Romana curia etiá causarú & supradictorú Beatricis de Vaena alias de Salzedo, & Ioánes Arię Puertocarrero ex aduerso principaliú in eisdé pręinsertis cómissionibus & séntétijs ex aduerso principaliter nominatorú procuratores & seu curatores,aut quocúque nomine censeátur ad dicédú & excipiédú,quidquid verbo vel in scriptis, cótra proxime pręinsertá cómissioné nobis vltimo pręsentatá,dicere siue excipere volebát,necnó ad videndú & audiendú omnes et singulas expésas pro parte dicti illust.D.Ariæ Gúdisalui principalis in deductione et prosequutióe litis & causi huiusmodi quomodolibet factas, & in quibus Beatrix & Ioánes Arias ex aduerso principales factas, per pręinsertas sentétias sententialiter condénati existút taxati et moderati, sententiasq; præinsertas, & expensarú taxationé huiusmodi exequi & executióni debitę mádari,literasq; siue processus huiusmodi exequutoriales desuper oportunas in forma solita & consueta decerni & cócedi,vel dicendú,& causam,si quá habeát rationabilé,quare pręmissa fieri nó debeant allegandú,per certú domini nři Papæ cursore citati mandauimus & fecimus a certú peremptoriú terminú cópeteñ. videlicet ad dié & horá infrascriptos. Quibus aduenientibus cóparuit in iuditio legitime corá nobis præfatus Magister Bartholomeus Crespo procurator pro vt de hinc inde procuratorú,& seu curatorú respectiue mandatis,apud acta causę huiusmodi legitimis cóstat documentis,& eo nomine procuratorio, dictorú dominorú Roderici de Médoça & Alphósi de Omagna ex aduerso procuratorú et seu curatorú respectiue,aut quocúq3 nomine censeátur non cóparentium contumatiá accusauit,ipsosq3 cótumaces reputari,& in eorú contumatiam, omnes & singulas expensas pro parte dicti illustris.D.Ariæ Gundisalui principalis in hac causa(vt præmittitur)factas, et in quibus Beatrix,& Ioánes Arias & pro eius agétes per pręinsertas sététias sententialiter condénati existút,taxari & moderari, necnó sentétias et taxationé expésarú huiusmodi exequi et exequutióni debitę demádari,literasq; siue processus exequutoriales desuper opportunos iuxta et secundú vltimo pręinsertę cómissionis vim formá cótinentiá, et tenorem in forma solita et consueta decerni et concedi per nos debita cum instantia postulauit, N O S T V N C Fauius Episcopus vestañ locum tenens, et exequutor præfatus, dictos dominos Rodericú de Médoça,& Alphósum Omagna ex aduerso procuratores,& seu curatores aut quocunq; nomine cessantur non comparentes, reputauimus pro vt merito erant,iustitia suadente contumaces,

et

& in corũ contumatiam, attẽdentes postulationem huiusmodi fore iustam & rationi consonã, quodq; parũ prodesset sententias ferre, & expensas taxare, nisi debitæ exequutioni demandarẽtur, & volentes dictam nobis vltimo factam & presentatam commissionem ad effectum debitũ deducere (vt tenemur.) Idcirco authoritate appostolica nobis cõmissa, et quia fungimur in hac parte, primitus omnibus et singulis expensis supradictis (vt præmittitur,) pro parte. d. illustris Domini Ariæ Gundisalui principalis factis, et in quibus dictus Ioannes Arias ac pro eo agentes sentẽtialiter condẽnati existũt ad ducatos duo mille trecentos & quinquaginta Auri de camera, boni & iusti ponderis prouida moderatione præuia per nos rite taxatis & moderatis iuramento eiusdem Magistri Bartholomei procuratoris legitime de super subsequuto quòd eius principalis, in huiusmodi litis siuæ causæ prosequutione tantum & vltra exponere habuit sentẽtias præinsertas, & expensarũ taxationẽ prædictas exequẽdas & exequutioni debitæ demãdañ. literasq; siue processus exequutoriales de super oportunas iuxta vltimo præinserte cõmissiõis vim & tenorem in forma solita & consueta decerneñ. & concedendas duximus & decreuimus pro vt decernimus & concedimus per præsentes, sub modificatione infrascripta, QVÆ OMNIA & singula præmissa, & hunc nõstrũ processum ac in eis contenta vobis omnibus & singulis supradictis, quibus præsens noster processus diregitur intimamus, insinuamus & notificamus, ac ad vestrã et cuiuslibet vestrũ notitiã deducimus, et deduci volumus per præsentes. Vosq; nihilominus et vestrũ quẽlibet authoritate prædicta, tenore presentiũ requirimus, et monemus, primo, secũdo, tertio, ac vobis et vestrũ cuilibet, in virtute sanctæ obediẽtiæ, et sub infrascriptis sentẽtiarũ pœnis districte præcipieñ, mãdãtes quatenus infra sex dierũspatium, post præsentationẽ seu notificationẽ presentium, et requisitionem vobis seu alteri vestrũ, pro parte illustris domini Ariæ Gũdisalui principalis de super factas, immediate sequentes, quorũ sex dierũ duos pro primo, duos pro secundo, et reliquos duos dies, vobis vniuersis et singulis supradictis pro tertio et perẽptorio termino, ac monitione canonica assignamus, eundẽ illustrẽ. D. Ariã Gundisaluũ de Auila principalẽ ab impetitionibus opressionibus iactationibus, molestationibus, vexationibus, perturbationibus, inquietationibus, et impedimentis per dictum Ioannem Ariam Puertocarrero ex matrimonio inter quõdam Ioannem Baptistam Puertocarrero et Beatricem de Vahena alias de Salzedo, nulliter & cum mala fide contractu, ac nullo & inualido, nulliusque valoris, vel momenti na-

tum illegitimum, & propterea etiã ad quascumq; & quoruncumq; bonorum successiones, natalium ligitimitatem requirentes, incapacem & insuccessibilem ac inhabilem seu pro eo agentes quomodolibet præstitis & illatis ac quomodolibet factis, defendatis & tueamini, ac ab alijs defendi & tueri faciatis, & procuretis, nec eundem illustrem. D. Ariam Gundisalui de Auila a dicto Ioanne Aria (sicut præfertur) nato illegitimo, & (vt præfertur) ad successiones nataliũ legitimitatem requireñ. incapace & in successibili ac inhabili, ac pro eo ageñ. de & super præmissis, dictisque prætensis, matrimonio & legitimitate, seu eorum occasione quoquomodo molestari, impeti, inquietari, perturbari & impediri permittatis. Vos quoq; Ioannes Arias & Beatrix ex aduerso principales, a molestationibus, vexationibus, iactationibus, oppressionibus, perturbationibus & impedimentis, præmissorum occasione quomodolibet factis, pręstitis & illatis, pœnitus & omnino desistatis, neq; eundem illustrem dominum Ariam Gundisaluum principalem, de & super præmissis, & illorum occasione de cętero molestetis, impetatis inquietetis, perturbetis, vexetis, aut impediatis, seu molestare, impetere, vexare, perturbare, inquietare seu quomodolibet impedire pręsumatis, vel alter vestrum pręsumat, seu pro vobis agentes pręsumant, MONEMVS insuper modo & forma præmissis, & sub eisdẽ infrascriptis sententiarũ pœnis, te Ioannẽ Ariam ac pro te agẽtes prædictos quatenus infra triginta dierum spatium, post pręsentationem & requisitionem tibi vel pro te agentibus, vigore pręsentiũ pro parte. d. illustris domini Arię Gundisalui principalis de super factam immediate sequeñ, quorum triginta dierũ, decẽ pro primo, decem pro secundo, & reliquos decem dies, tibi ac pro te agentibus, pro tertio & peremptorio, termino ac monitione canonica assignamus eidem illustris Domino Ariæ Gundisalui principali vel procuratori suo, pro eo ad hoc sufficiens habenti mandatum, de duobus millibus, trecentis quinquaginta supradictis ducatis auri de camera prædictis ratione expensarum per dictum illustrem Dominum Ariam Gundisaluum in lite & causa huiusmodi factarum, in quibus (vt in pręinsertis sententijs deducitur) sententialiter condemnati estis, & quatuor alijs similibus ducatis auri de camera in & pro expeditione nostri præsentis processus expositis. In quibus quatuor ducatis, te ac pro te agentes etiam condemnauimus, & processum nostrnm huiusmodi taxauimus ad eosdem prout condemnamus, & taxamus, per præsentes condignam satisfactionem, & solutionem impendas, realiter

&

& cum effectu, aut medio tempore conuenias & concordes, seu con
ueniant & concordent super præmissis amicabiliter cum eodem.
INHIBEMVS præterea modo & forma præmissis vobis omnibus & singulis supra dictis & generaliter quibuscunq; alijs, cuius cunq; status, gradus, ordinis vel conditionis existant, ne præfato Illustri Domino Ariæ Gundisalui principali vel procuratori suo, quominus sibi de dictis ducatorum summis condigna satisfactio et solutio impendatur, omnia alia singula supra & infra scripta, suum debitum consequantur effectum, impedimentum aliquod præstetis seu præstent, & impedientibus ipsum Illustrem Dominum Ariam Gundisaluum vel procutatorem suum, super præmissis, in aliquo detis vel dent auxilium & fauorem publice vel occulte, directe vel indirecte, quouis quæsito colore vel ingenio. QVOD SI FORTE præmissa omnia & singula non adimpleueritis, mandatisque & monitionibus ac inhibitionibus nostris huiusmodi, imo verius Appostolicis, non parueritis seu paruerint cum effectu, nos in vos omnes & singulos supradictos qui culpabiles fueritis in pręmissis, seu fuerint, ac in contradictores quoslibet & rebelles, ac impedientes ipsum Illustrem Dominum Ariam Gundisaluum principalem, vel procuratorem suum, super præmissis in aliquo, ipsumq; impedimentibus dantes auxilium, consilium, & fauorem publice vel occulte, per se, vel alium, seu alios, ex nunc, pro vt ex tunc, & ex tunc provt ex nunc singulariter in singulos, dictis canonicis monitionibus præmissis excommunicationis. IN capitula vero, collegia, et conuentus quarumcumq; ecclesiarum et monasteriorum in his delinqueñ suspensionis adiuinis, & in ipsorum delinquentium & rebellium ecclesias, monasteria & capellas inter dicti ecclesiastici, sentétias ferimus in his scriptis, & etiam pro mulgamus. VOBIS VERO reuerendissimo, & reuerendis patribus & dominis Archiepiscopo & Episcopis præfatis dumtaxat exceptis, quibus ob reuerentiam vestrarum Pontificalium dignitatum deferimus in hac parte, si contra præmissa vel aliquod pręmissorum per vos vel submissas personas feceritis prædicta sex dierum canonica monitione præmissa ingressus ecclesiarum interdicimus in his scriptis. Si vero interdictũ huiusmodi per alios sex dies dictos sex immediate sequentes sustinueritis vos in his scriptis eadé canonica monitione præmissa suspendimus adiuinis. Verũ si præfatas interdicti & suspensionis sententias per alios sex dies præfatos duodecim dies immediate sequentes animis (quod absit) substinueritis induratis, vos & quemlibet vestrũ in his scriptis canonica mo-

 nitione

nitione præmissa ex nunc, provt ex tunc, & ex tunc provt ex nunc excommunicationis sententia innodamus. CÆTERVM cum ad exequutionem præmissorũ vlterius faciendam, nequeamus quo ad presens personaliter interesse pluribus alijs arduis in Romana curia prepediti negocijs vniuersis & singulis dominis, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scolasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurarijs, Sacristis, tam cathedralium quam collegiatarum canonicis, parrochialiumq; ecclesiarum Rectoribus, seu loca teneñ, eorumdem Plebanis, Viceplebanis, Cappellanis, curatis & non curatis, cæterisq; presbiteris, clericis, notarijs & tabellionibus publicis, quibus cũq; per prouintias, ciuitates, & dioceses prædictas, ac alias vbilibet constitutis, & eorũ cuilibet insolidũ, super vlteriori executione dictæ nobis vltimo factæ & præsentatæ cõmissionis facieñ, authoritate Appostolica prædicta tenore præsentium cõmittimus plenarie vices nostras, donec eas ad nos duxerimus reuocandas, quos & eorum quemlibet insolidum, eisdem authoritate & tenore, requirimus & monemus, primo, secundo, tertio, & peremptorie, ipsis & eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna quam in eos & eorum quemlibet, canonica monitione præmissa ferimus in his scriptis, nisi fecerint quę mãdamus districte præcipiendo mandãtes, quatenus infra tres dies post requisitionem, ipsis seu alteri ipsorum, pro parte Illustris Domini Ariæ Gũdisalui principalis prædicti vigore præsentium desuper factam, immediate sequentes, quos tres dies ipsis & eorum cuilibet pro omni dilatione, terminoq; peremptorio, ac monitione canonica assignamus. Ita tamen q; in his exequendis vnus eorum alterum non expectet, nec alter pro alio se excuset, ad vos omnes & singulos supra dictos, quibus præsens noster processus dirigitur, personasq; & loca alia, de quibus vbi quando & quoties expediens fuerit personaliter accedant, seu alter eorum accedat, & huiusmodi nostros processus, & quæcumq; in eis contenta, vobis communiter vel diuisim legant, intiment, insinuent, et fideliter publicare procurent, nec non præfatum Illustrem Dominum Ariam Gundisaluum principalem, a iactationibus, oppressionibus, impeditionibus, molestationibus, vexationibus, perturbationibus, & impedimentis sibi per dictum Ioannem Ariam Puerto carrero ex aduerso principalem, de & super præmissis, nec non prætensis matrimonio & legitimitate, & illorum occasione factis, præstitis, et illatis, tueantur et defendant, ac tueri & defendi, sibiq; vel procuratori suo legitimo pro eo de dictis ducatorum summis ratione expensarũ, prędictarũ debi-

debitam & condignam satisfactionem impendi faciant & procurent, ratione expensarum prædictarum infra terminos superius annotatos. ET SI FORSAN (quod non credimus) Ioannes Arias ex aduerso principalis & pro eo agentes, cæteriq; contradictores & rebellis prædictis mandatis, monitionibus, requisitionibus, inhibitionibus, & processibus nostris huiusmodi, imo verius Appostolicis infra dictos eis respectiue terminos superius expressos parere & obedire neglexerint aut recusauerint, pœnas sententias, et censuras prædictas in eos (vt præmittitur) latas damnabiliter incurreñ, & tunc prædictis subdelegatis nostris sub dicta excommunicationis pœna committimus, & mandamus, quatenus singulis dominicis & festiuis diebus, in eius ecclesijs, monasterijs, & capellis, infra missarum & aliarum horarum diuinarum solemnia, ac alias, vbi, quando, & quoties expedierit, & pro parte dicti Illustris Domini Ariæ Gundisalui principalis desuper fuerint requisiti, seu alter eorum fuerit requisitus, prædictum Ioannem Ariam Puertocarrero ex aduerso principalem ac pro eo agentes, cęterosq; contradictores & rebelles, si excommunicatos publice denuntient, & ab alijs quantum in eis fuerit denuntiare faciant, donec & quovsque aliud a nobis vel superiori nostro super hoc habuerint in mandatis. SI VERo Ioannes Arias ex aduerso principalis, ac pro eo agentes, contradictoresq; & rebelles prædicti, dictam excommunicationis sententiam per decem dies illius denũtiationẽ immediate sequeñ, pertinaciter sustinuerint, nos ex tunc (quia crescetne contumatia & in obedientia, crescere debet & pœna, ne facilitas pœnæ, audatiam tribuat delinquendi) processus nostros huiusmodi aggrauamus, dictis subdelegatis nostris, modo & forma præmisis præcipientes. Quatenus singulis diebus dominicis & festiuis in suis ecclesijs, monasterijs & capellis, infra missarum, & aliarum præscriptarum horarum solemnia dictam excommunicationis denuntiationem reiterando & innouando, eundem Ioannem Ariam Puertocarrero, & pro eo agentes, contradictoresq; & rebelles sic (vt præfertur) excommunicatos, denuntiatos, nominatim, campanis, pulsatis, candelis accẽsis, demum extinctis & in terram proiectis cruce erecta & religione inducta, aquam benedictam aspergendo ad fungum demones qui eos detinent ligatos, & laqueis suis cathenatos. Orando ꝙ Dominus noster Iesus Christus eos ad catholicam fidem & sanctæ matris ecclesię gremium reducere dignetur, ne eos in talibus peruersitate dies eorum finire permittat. Cum decantatione responsorij, Reuelabunt cæli iniquitatem Iudæ, &c. et Psalmi. Deus laudem

dem meam ne tacueris etc.cum antiphona,media vita in morte ſumus totaliter.Et his finitis ad ianuas eccleſiarum ſuarum vna cum clericis & parrochianis accedant,ad terrorem,vt eo citius ad obedientiam redeant tres lapides verſus domos habitationum ſuarum proijciant in ſignũ maledictionis ęternę, quam Deus dedit Coræ, Dathan et Abiron,quos terra ſuſtinere non potuit,ſed iuſto Dei iuditio illos abſorbuit vt in infernum deſcenderent viuentes, etiam poſt miſſam et in veſperis alijſq; horis canonicis,ſermonibus,et prędicationibus publicis,ſolemniter publicent & denuntient, ac ab alijs(quantũ eis fuerit)publicari, & denuntiari, & ab omnibus Christi fidelibus arctius euitari faciant,donec aliud, a nobis vel ſuperiori noſtro ſuper hoc reciperint in mandatis. V E R V M, ſi præfati denuntiati, & aggrauati, aggrauationem noſtram huiuſmodi per alios decem dies illius denũtiationẽ,& dictos decem dies immediate ſequentes,animis(quo abſit)ſubſtinuerint induratis, nos ex tũc, (quia peruerſorum audatia præſumptiua id exigit, vt vnica pœna non contenti fortioribus arceantur pœnis, ne fides illorum lædatur, qui ſuis ſuperioribus obedientiam ſemper debitam impenderunt) proceſſus noſtros reaggrauamus, ſupradictis ſubdelegatis noſtris (vt ſupra) mandantes, quatenus dicta authoritate Appoſtolica, omnes & ſingulos Chriſti fideles, vtriuſque ſexus homines, & præſertim familiares & ſeruitores denuntiatorum & aggrauatorum huiuſmodi, modo & forma præmiſsis, moneant & requirant primo,ſecundo,tertio,& peremptorie,prout etiam nos requirimus & monemus eoſdem ipſis & eorum quilibet in virtute ſanctæ obedientiæ,& ſub excommunicationis pœna diſtrictius inhibẽdo,quatenus infra ſex dies, monitionem & requiſitionem huiuſmodi ipſis factas immediate ſequentes, quos dies ipſis & eorum quilibet, pro omni dilatione terminoq; peremptorio,ac monitione canonica aſſignent, prout nos aſsignamus eiſdem, ac participatione, communione,familiaritate & ſeruitute dictorum denuntiatorum & aggrauatorum pœnitus & omnino deſiſtant, nec cum eis, vel eorum aliquo,ſeruiendo,loquendo, conuerſando, cibum potum, aquam vel ignem, aut alia neceſſaria miniſtrando,aut aliquo humanitatis ſolatio,præterquam in caſibus & perſonis a iure permiſsis, participare præſumant,ſeu aliquis eorum præſumat. Et ſi contrarium fecerint nos in eos,& eorum quemlibet cum dictis denuntiatis & aggrauatis rebelliter participantes,& contra facientes ex nunc prout ex tũc, & ex tunc prout ex nunc,dicta ſex dierum canonica monitione præmiſsa,excommunicationis ſententiam ferimus in his ſcriptis,& etiã pro-

promulgamus dictis subdelegatis nostris, modo & forma præmissis, districte precipiendo, mandantes quatenus singulis diebus dominicis & festiuis, in suis ecclesijs, monasterijs & capellis, infra missarum & aliarum præscriptarum horarum solemnia, ac quibus, vbi, quando, et quoties expedierit, præfatos Christi fideles, familiares et seruitores, qui cum dictis denuntiatis & aggrauatis rebelliter participauerint, excommunicatos tam diu publice denuntient, et ab alijs (quantum in eis fuerit) publicari, denũtiari, & ab omnibus Christi fidelibus arctius euitari faciant, donec et quousq; absolutionis beneficium desuper meruerint obtinere. PRÆTEREA si præfati, denuntiati, aggrauati, reaggrauati, reaggrauationem nostram huiusmodi per alios decem dies illius denuntiationẽ, ac dictos viginti dies immediate sequentes, dictas nostras sententias pertinaciter sustinuerint Pharaonis duritiam imitando, ad modum aspidum surdarum aures suas obturantium, ne vocem audiant incantantiũ: Nos ex tunc omnes et singulas ciuitates, terras, oppida, castra, villas, suburbia, & quarumcunq; ecclesiarum collegia, parrochias, et alia quæcumq; loca, in et sub quibus ac denuntiatos aggrauatos et reaggrauatos prędictos, aut eorum aliquem morati, declinare seu deuenire contigerit, quandiu ibidem fuerint, seu aliquis eorum fuerit ecclesiastico supponimus interdicto, supra dictis subdelegatis nostris sub dicta excommunicationis pœna mandantes, quatenus ex tunc quandiu idem denuntiati, aggrauati, & reaggrauati in locis publicis fuerint, seu aliquis eorum fuerit, cessent & ab alijs cessari faciant a diuinis. Quam quidem cessationem, etiam per tres dies continuos post ipsorum denuntiatorum, aggrauatorum et reaggrauatorum, vel alterius eorundem ab inde recessum continuent, et ab alijs (quantum in eis fuerit) obseruari & continuari faciant, & permittant ita et taliter ꝙ huiusmodi stante interdicto, nulla ecclesiastica sacramenta in et sub eisdem locis, in quibus dicti denuntiati, aggrauati, et reaggrauati fuerint, seu aliquis eorum fuerit ministrentur, nisi penitentiæ et Baptismus omnibus indifferenter, et eucharistia infirmis tantum, & matrimonium sine ecclesiastica solemnitate cõtrahatur, inibiq; & sub eisdem locis decendentibus ecclesiastica denegetur sepultura. DEMVM VERO si prædicti, denuntiati, aggrauati, reaggrauati, ac interdicti, interdictum huiusmodi per alios decem dies ipsius publicationem, & dictos triginta dies immediate sequentes substinuerint, ac processibus, mandatis, monitionibus et inhibitionibus nostris huiusmodi, imo verius Appostolicis non paruerint cum effectu (quod Deus auertat) Nos ex tunc (quia mucro-

mucrone non percutiente ecclesiastico temporalis saltim gladius nonimmerito suffragatur) auxilium brachij secularis duximus in- uocañ, vt quos Dei timor a malo non reuocat, temporalis coerceat seueritas disciplinæ. HINC EST quòd vos gloriosissimum ac inuictissimum ac catholicum Principem ac dominum Dominum Carolum Romanorum Imperatorem ante dictum, dicti gladij principalem bibratorẽ & iustitiæ Zelatorẽ in domino exortamur, vosq3 dominos Duces, Comites, Marchiones, Barones, Proconsules, Iudices, & Officiales, ac alios supradictos, iurisdictionẽ temporalem & ordinariam, per vos, vel alium, seu alios exercentes, quibus præsens noster processus dirigitur dicta authoritate tenore præsentium requirimus & monemus, primo, secũdo, tertio, & peremptorie, vobis & vestrum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna quam in vos & vestrum quemlibet (canonica monitione præmissa) ferimus in his scriptis, nisi feceritis quæ mandamus, districte precipiendo mandantes, quatenus infra sex dierum spacium post supradictos terminos prę expressos, nec non notificationem & publicationem pręsentium, vobis seu alteri vestrum, in vestris territorijs, iurisdictionibus & districtibus ac requisitionibus, pro parte dicti Illustris domini Ariæ Gundisalui principalis desuper factas immediate sequentium Quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies vobis & vestrum cuilibet pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus, vos omnes & singuli domini temporales antedicti, Quorum omnium super hoc auxilium brachij secularis duximus inuocandum & inuocamus, quoties & quando pro parte dicti Illustris domine Ariæ Gundisalui principalis vigore præsentium super hoc fueritis requisiti in iuris subsidium, contra præfatos denuntiatos, aggrauatos, reaggrauatos, & inter dictos dicta authoritate Appostolica, per captionem, inuasionem, incarcerationem, et detentionem personarum, corporum, rerum, & bonorum, eorundem insurgatis, ac alias insugere faciatis. Necnon personas, corpora, res, & bona eorum, & cuiuslibet ipsorum inuadatis, incarceretis, & in firma & tuta custodia teneatis, arrestetis, & occupetis per vos, vel alium, seu alios, acquilibet vestrum qui super hoc fuerit requisitus, inuadat, incarceret, custodiat, detineat, arrestet, et occupet libere et licite. Super quibus omnibus et singulis vobis, et cuilibet vestrum licentiam ac plenariam potestatem concedimus per præsentes dictos denũtiatos, aggrauatos, reaggrauatos, et interdictos, ita et taliter astringatis & compellatis potenter etiam manu forti,

absq;

absq; tamen graui læsione corporum eorundem, vsque ad integram satisfactionem, & paritionem omnium & singulorum præmissorum, ac donec & quovsq; Ioannes Arias Puerto carrero & pro eo agentes, eidem Illustri Domino Ariȩ Gundisalui, vel procuratori suo de ducatis duobus millibus, trecētis, quinquaginta supradictis ratione expensarum litis & causæ ac alias (vt præfertur) taxatis, realiter & cum effectu satisfecerit, seu satisfecerint. Necnon ipse Ioannes & pro eo agentes, cȩteriq; contradictores & rebelles prædicti, a iactationibus, oppresionibus, molestationibus, inquietationibus, perturbationibus, vexationibus, & impedimentis, ac consilio, auxilio, & fauore prȩdictis, penitus & omnino destiterint, & ad sanctæ matris ecclesiæ gremium redierint, & beneficium absolutionis a supradictis sententijs & censuris, a nobis, vel superiori nostro meruerint obtinere. QVOD SI FORTE vos gloriosissime & inuictissime Romanorū Imperator, xequutor iustitiæ, præsentis nostri processus, & mandatorum nostrorum (imo verius Appostolicorum) transgressor, vel neglector fueritis (quod tamen vestræ Maiestatis Imperialis prȩfulgidæ iam dudum per totum orbem diuulgatæ obedientia suspicati non sinit) proculdubio iusti iudicis officium offenderitis, & præmium alias pro exequutione iustitiæ vobis a Domino Deo paratum nihilominus amittereris, licet vos huiusmodi nostris sentētijs ligari nolumus ob reuerentiam vestræ Maiestatis Imperialis non immerito deferendam, intuitu tamen iustitiæ & ob sancte sedis Appostolicæ, ac prefacti sanctissimi Domini nostri Papæ reuerentiam, eandem vestrā Maiestatem Imperialem, ad prefatam exequutionem efficaciter adimplendam, in dominio exortamur. ET GENERALITER dicti subdelegati nostri omnia & singula nobis in hac parte commissa plenarie exequantur iuxta traditam seu directam a sede Appostolica nobis formam, & dicte vltimo commissionis nobis facte tenorem, ita ꝙ ipsi subdelegati nostri vel alij, nihil in preiudicium dicti Illustris Domini Arie Gundisalui de Auila principalis valeant attentare, neq; in processibus per nos habitis, & sententijs per nos latis absoluen̄, vel suspenden̄ aliquid immutare, in ceteris autem que eidem Illustri Domino Arie Gundisalui principali nocere possent super premissis in aliquo, seu obesse ipsis et quibuscunq; alijs, potestatem omnimodam denegamus. Et si contingat nos super premissis in aliquo procedere, de quo nobis potestatem plenariam reseruamus, non intendimus propterea commissionem nostram huiusmodi in aliquo reuocare, nisi de reuocatione ipsa in literis nostris spetialem

& ex-

21

& expressam fecerimus mentionem. Præsentes quoq; literas, siue hunc nostrum processum exequutorialem, volumus penes dictum Illustrem Ariam Gundisaluum principalem vel procuratorem suũ remanere, & non per vos, seu aliquem vestrum contra ipsorum voluntatem detinere. Contrarium vero facientes, præfatis nostris sententijs prout in his scriptis per nos latæ sunt, dicta canonica monitione premissa, ipso facto volumus subiacere. Mandamus tamen copiam fieri de præmissis eam petentibus, & debentibus habere, petentium quidem sumptibus & expensis. Absolutionem vero omnium & singulorum, qui præfatas nostras sententias & censuras, aut earum aliquam incurrerint, siue incurrerit quoquomodo, nobis vel superiori nostro tantummodo reseruamus. IN QVORVM omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum, præsentes literas siue hoc præsens publicum instrumentum, huiusmodi nostrum processum exequutorialem continens in se, siue continens exinde fieri, & per notarium publicum, nostrumq; & huiusmodi causę coram nobis scribam infrascriptum subscribi & publicari mandauimus, sigilliq; nostri iussimus & fecimus appensione communiri. DATVM & sic actum Romę apud Sanctum Petrum in palatio causarum Appostolico in quo iura reddi solent, mane hora audientię causarum, more dominorum auditorum, nobis inibi ad iura reddendum, partiumq; causas audiendum, in loco nostro solito & consueto pro tribunali sedentibus, sub anno a natiuitate Domini, millesimo, quingentesimo quinquagesimo primo, indictione prima die vero veneris, duodecima mensis Iunij Pontificatus prelibati sanctissimi in Christo patris & domini nostri, Domini Iulij diuina prouidentia Papę tertij anno secundo, pręsentibus ibidem discretis viris Magistris Balthasare Moleri, & Petro Verliot alias Valendriñ, notarijs publicis scribisq; nostris, clericis, Gebeneñ & Lugduneñ, respectiue diocesum, testibus ad pręmissa vocatis specialiter atq; rogatis. ET EGO IOANNES Doleñ, clericus Leodicñ diocesis publicus Appostolica authoritate notarius præfatiq; reuerẽdi patris Domini Peregrini Fabij Episcopi Vestan. locum tenentis in huiusmodi causę coram eo in locum discreti viri magistri Hernei Croscelli, eadem authoritate, Rotæ notarij scriba deputatus. Quia dictę vltimo præinserte diffinitiuæ sententiæ pronuntiationi, monitioni, requisitioni, inhibitioni, subdelegationi, aggrauationi, reaggrauationi, interdicti appositioni, auxilij brachij secularis inuocationi, expensarum taxationi & moderationi, præsentiumq; literarum, siue processum exequutorialium petitioni et decreto

Despachanse los primeros executoriales año de 1551 a 12 de Junio

